

**De medicina obstetricia agente et expectante dissertatio inauguralis /
[Friedrich Heinrich Loschge].**

Contributors

Loschge, Friedrich Heinrich, 1755-1840.
Universität Erlangen.

Publication/Creation

Erlangae : Typis Kunstmannianis, [1780]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/puhdjpf>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DE
MEDICINA OBSTETRICIA
AGENTE ET EXPECTANTE
DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM
SVMMI NVMINIS AVSPICHS
ACADEMIAE FRIDERICO ALEXANDRINAE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

CHRISTIANO FRIDERICO
CAROLO ALEXANDRO

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE
SILESIAEQVE DVCE BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI
VTRIVSQVE PRINCIPATVS REL. REL.

EX DECRETO
GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS
PRIVILEGIIS AC IMMVNITATIBVS RITE OBTINENDIS
D. FEBR. MDCLXXX.

PVBlico ET PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI
SVBIICIT

FRIDERICVS HENRICVS LOSCHGE
ONOLDINVS.

ERLANGAE
TYPIS KVNSTMANNIANIS.

Perinde est periti medici, quandoque nihil agere, atque alio
tempore efficacissima adhibere remedia.

SYDENH. Sect. 5. c. 6.

35967





DE
MEDICINA OBSTETRICIA
AGENTIE ET EXPECTANTE.

§. I.

eneram si partim consideramus plurimarum partium C. H. Compagem; earundem tam solidarum, quam fluidarum indolem, structuram, directionem, nemorum, consensum, compositionem, motumque indefessum, quo, a primo vitae momento, tota inde composita, miranda circumagitur machina, atque adeo perpetuo deteritur, ac destruitur; potentiarum partim si animo lustramus nocentium turbam, cui sese subtrahere nullo labore quis potest, licet abstineat a more intemperanter viuentium, qui propriae valetudinis incurii, armatam, ut ita dicam, a luxuria manum in sese conuertunt: modus, quo, hisce non obstantibus, quin et eiusmodi hominum corpora tamen sae-

pius integra conseruentur, vix comprehendi potest animo. Sed animatae huius machinae auctor sagacissimus, eiusdem quoque conseruationi optime prospexit Robur nimirum indidit atque vires teneris ipsius C. H. partibus, quibus iacturam, quam proprio, perpetuo motu attrituque faciunt, iterum reparent, potentibus nocentibus resistant, atque sic corporis integratatem solcite tueantur. Languent interdum illae vires, quin etiam, ipsis licet vigentibus, validiores morborum causae C. H. haud raro tamen prosternunt. Quam ob causam summus opifex, rerum creatarum custodiens salutem, vires insuper adiecit, quas medicatrices recte vocant ^{a)}). Nam et mens humana et corpus suam symbolam conferre atque omnes in eo esse videntur, ut morbosa in corpore semel haerens materia praeparetur, coquatur, promoueatur, excernatur. Non est, quod multus sim, in explicandis singulis salutaris huius medicinae naturalis viribus. Qui ulteriore earundem desiderauerit explicationem, adeat modo citatum Ill. G A V B I V M. Sufficit quotidiana experientia; sufficiunt innumera exempla, quae prostant et probant asserta mea: “*Multos aegros sine medico sanari, nullum autem sine medicina,,* HIPPOCRAT. “*Multos magnos morbos curari abstinentia et quiete,,* CELS. Non satis tamen felices sumus, ut semper sufficient illae naturae vires ad fugandum quemlibet morbum: haud raro errant, mox modum excedunt, mox succumbunt, atque tunc sane artis est, easdem dirigare, refrenare, eademque efficere, quae peragenda ipsis solis amplius data non sunt. In priori itaque statu quo vigens et valida natura, ad perficiendum, opus suum salutiferum sufficerit, medici est, expectare; agere autem in posteriori, quo eandem scil. vacillare obseruauerit errantem. Duplex hocce negotium medicinam vocant expectantem et agentem. Quam, dum praeципue magni sane in partus negotio est momenti, paucis praemissis generalioribus

^{a)}) Institution. patholog. medi- §. 633. seq.
cinalis, auct. H. D. G A V B I O

ribus, ad illud applicare, nunc mihi propofui: ea tamen cum restrictione, ut iis, quae manus obstetriciae vel actionem exigunt, vel expectationem praeprimis insistam.

§. II.

Docuit sana obſeruatio, et, quae ſequuntur, dicenda confirmat quotidie: vires naturae medicatrices, eademque debellando morbo pares, multo, docta arte, felicius haud raro ſuum peragere opus, quae omnino ars coacta, medicamina corpori H. applicat, ipſi aequa peregrina, ac materia est morbosa, cui opponuntur; medicamina, quae, quo validiora in corpus morbo iam vexatum agunt, eo certius quoque illud defatigant, debilitantque: docuit illa, eadem naturae vires constantes, in ſalutari ſuo opere, vix impune ab arte turbari nimis negotiosa; nec vnum idemque eſſe medico, quo morbi ſtadio medicinam vel faciat, vel non faciat; atque ex vaga huius termini, quo occasio arripienda fit, definitione prodiiffe tam nimiam in medicina cunctationem, quam talem negotiositatem, et plura inde orta mala.^{a)} Quae cum ita ſint, omnem omnino meretur attentionem noſtra doctrina, atque laudanda eſt academia Diuionensis, quae nuper medicinam agentem et expectantem, iam olim, praecipue quoad expectantem, ab HARVEO^{b)} et Georg: Ernesto STAHL^{c)} expositam, denuo ad ulteriorem indagationem

A 3

^{a)} Vid. Diff. Inaug. de malis ex medico nimis cunctatore oriundis. Praefid. Perill. DELIO praceptorē ſempiterna pietate colendo, Resp. HERWIG Erlangae habita 1760.

^{b)} *The art of curing by expectation* Lond. 1689.

^{c)} Sileni Alcibiadis. i. e. Ars

fanandi cum expectatione, opposita arti curandi nuda expectatio- ne, satyra Harueana caſtigata Parif. 1730. et Eiusd. Ars fanandi cum expect. ybi firmitas, fides et veritas proborum et pe- rit. mediorum ostenditur etc. quae continent notas in satyr. Haru.

tionem, in memoriam reuocauit, atque optime eam pertranscendi honorificum, pro meta, exposuit pretium, de qua palma praeripienda preeprimis disceptarunt **VOLONNE**^{a)} **PLANCHON**^{b)} et **IAUBERT**^{c)}. Ad quos Auctores remittam Lectorem B. qui forte totius rei perspicere cupit consperatum. Evidem, ut ad propositum proprius accedam, huncce campum lubenter derelinquo, ea solum modo de generalioribus allaturus, quae scopo meo sufficere mihi videntur.

§. III.

Agens mihi est medicus, qui auxilium quoddam adhibet, eius ope sensibilis quaedam in oeconomia animali aegri producit mutatio, quam non produxissent naturae vires sibi relictae ^{d)}.

Expectans autem mihi est medicus obseruator, qui temporis momentum attendit, quo actio modo descripta necessaria fuerit indicanda, seu, quo auxilium quodcumque adhibendum

a) Mémoire, qui a remporté le prix au jugement de l'académie de Dyon le 18. Aout 1776. Sur la question proposée en ces termes: determiner, quelles sont les maladies, dans lesquelles la médecine agissante est préférable à l'expectante et celleci à l'agissante: et à quels signes cet. à Avignon 1776. 8.

b) Le Naturalisme, ou la nature cet. Tournay. 1778.

c) Diff. med. circa tres que-

stiones ab Academ. Diuion. prop. cet.

*d) Fere eandem retinui definitionem, quam habet **VOLONNE** l. c. §. 18. vix ipsi ad sentire possum ratione medic. expect. quam §. 23. ita definit. quand elle s'abstient absolument de l'application de tout secours; mais encore quand elle n'emploie que des secours incapables de produire un changement un peu notable dans la suite des modifications physiques que le malade éprouverait sans elle.*

dum foret, cuius ope sensibilis quaedam in oeconomia aegri animali produceretur mutatio, quam non producerent naturae vires sibi relictæ.

Semper itaque proprie, secundum hancce ideam, in actione positus esse debet medicus, tempus saltem obseruans, vbi forte ab ipsa vacillante natura in auxilium vocatus fuerit, licet tunc temporis nullum adhibeat medicamentum; et probe distinguendum esse duco medicum expectantem, ab illo, qui a quauis actione prorsus desistit, nudumque se gerit spectatorem. Eo iam S T A H L I V S allaborauit, qui sat grauiter monet a): “*Nisi definiat medicus, an natura, quid et quomodo agat? qualem rationem eius actiones ad salutarem effectum habent; eum non posse, nisi et otiosum penitus, et imprudentem et semper imperitum spectatorem et expectatorem sese exhibere*,” et paulo post: “*cunari non expectatione aut per expectationem: sed sub prudenter digesta et cum tali exspectatione. Non certe nihil agendo, sed prouide attendendo, an illa, quae debent, fiant, et an recte atque ordine procedant et feliciter succedant* b).,, Quam ob caussam mihi vix persuadere possum, esse me dicinam expectantem plane contrariam agenti, eamque consistere in plenaria inactione, quamvis actio, respectu applicationis medicaminum, per certum tempus suspendatur: potius illam mihi sisto tanquam actionem medici obseruatoris. Pari ratione, ac in vita communi aliquid exspectare nos dicimus, si momenta temporis eo vsque attendimus, numeramus quasi, dum quid eueniat, quod nos ad hoc vel illud faciendum determinet.

§. IV.

Non exigit itaque medici officium, vt semper aut ubiuis vel medicamentis repleat aegrum, vel emplastris obtegat, seu

a) Not. ad satyr. Haru. p. 28.

b) l. c. p. 30.

seu sanguinem fundat cet: sed sagax quoque quod sciat, naturae interdum plus fidere, quam remediis, et suo tempore expectare, contra vulgi opinionem, qui antea dicta potius cupide desiderat atque medicum torquet, omnem ut moueat in sanandis morbis, lapidem, nec ullus sine R. praetereat dies, omnemque ipfi denegat fidem, nisi statim, vix perspecta causa, adparatum praescribat medicamentorum, quin vicinas adhuc in auxilium vocat mulierculas. Quid mirum, si medici interdum ad speciosam quandam, liceat ita illam appellare, actionem, confugiunt, et, ut aegri desiderio indulgeant, aquam quandam inertem destillatam cum syrupo, seu talem puluerem, parca dosi, mane et vespere propinandam, pia praescribunt fraude? Quam certe ad nostram medicinam agentem nemo lectorum referet, nisi cui placuerit ludere verbis. Mutatio enim, si quam ullo modo producit eiusmodi actio, vix nostros ferit sensus; intendimus tamen mutationem satis perceptibilem, aegri scilicet in sanum. Sed transeo ad maioris sane momenti disquisitionem; quo nimirum tempore indicetur et actio et expectatio?

§. V.

Tum Jarcto quidem inter se se nectuntur vinculo, causa morborum et naturae vires; ut vix liceat in illam agere, hisce immotis, et v. v.; ut raro illa moueatur, nisi haruni ope; ut denique, si quoque illam auferre contigerit, id vix sine insigni harum fiat mutatione: quae tamen non impediunt, quin actio praecipue, vel in causam, vel in vires, vel in utramque simul dirigi possit, id, quod medicis in sanandis morbis solemne atque etiam necesse est. Triplex itaque, data cum discretione, stat actio, et in vires, et in causam, simul; in vires, intacta causa, in causam denique saluis viribus. Eandem plane et expectationem institui posse, atque surgere exinde triplex quoque indicationum genus, tam

tam ad expectationem, quam ad actionem; respectu nimirum virium, causae vel utriusque, neminem fugit. Primariam omnino indicationem suppeditant naturae vires (§. I. fine.) Quae si iudicentur, suis ex signis, ita comparatae et dispositae, ut causam morbi bene commodeque profligare valeant; causa tunc siue sit cognita, siue incognita, ac remedia, quibus secure tolli posset causa, aequa vel cognita, vel minus: qui agere vellet, medicum sese gereret vel nimis officiosum, vel audacem, et naturam, cuius esse debet moderator, vel virgeret, vel turbaret. Expectabit itaque hoc in casu medicus rationalis, obseruaturus, quid natura valeat in vincendo morbo, an grauiter in salubri suo opere pergit, illudque cum successu ad finem perducat? Vires e contra non morbi causae tollendae respondentes, quae vel in excessu, vel defectu, vel mala peccauerint directione, summam ad agendum efficere indicationem nemo non videt. Nec tamen, viso virium vitio, statim properandum est ad eas, pro naturae vitii, diminuendas, intendendas, dirigendas, exceptiones vero patiuntur modo dicta atque ulteriore omni requirunt determinationem. Praeterquam enim, quod haud raro exactissimo imponant obseruatori, adeo, ut quae debiles videbantur vires, adhibitis excitantibus, vix compescendae redcant; quae vehementiores, aut male directae, adplicitis, quae compescunt aut deriuant, nunc plane supprimantur, magisque adhuc, quam antea turbentur: earum vitium plenumque est symptoma, ab ipsa causa morbi ortum, quam ulterius promouere nequeunt. Vti vero omne symptoma cessat, cessante causa; tunc sane et vires, ab ipsa male affectae, ad pristinum moderamen naturale redibunt. Satius itaque est, in hanc praeprimis remouendam agere, atque eo pergere, ubi naturae vires iam defecerunt, si modo id fieri potest. Potest autem omnino, nisi contraindicationes adfiant, si causa nota est, atque etiam remedia, quibus secure tolli potest, aequa cognita. Agendum itaque est, quoad causam; exspectandum, quoad vires. Quum autem quaedam

remediorum non adeo cito agant, atque interea, dum causam profligant, vires saepius vel exhaudirentur, vel insignes excitarent turbas, easdemque perniciosas; in mora sane periculum esset, quod ut mox auertatur, nec vires quoque sunt negligendae. Duplex ergo tunc indicatur actio et in causam, et in vires. Verum enim vero non semper nobis datum est, sublata, nostra arte, causa, superiores discedere. Et experientissimum nonnunquam fugit cognitio causae; vel, si illam quoque nouerit, aptis caret remediis, quae vel nulla adhucdum inuenta, vel talia prostent, quae, profligata quidem causa, alia, prioribus forte adhuc maiora, mala post se trahunt, ita, ut Scyllam sequatur Charybdis. Hoc itaque in casu, et quidem priori, incognitis nimirum et causa et remediis, actionem in causam per se cadere, res est luce meridiana clarior; in posteriori autem, causa quidem nota, aptis remediis ignotis, quisnam medicorum satis temerarius erit, ut eandem suscipiat? Expectandum itaque est, quoad causam; agendum, quoad vires. Quia nimirum sola haec via supereft, qua ad ipsam peruenire queamus causam. Spes enim est, solas naturae vires nunc melius directas medelam adlaturas, vel ipsam causam remouendo, vel saltem ita disponendo, ut in posterum forte idoneis applicandis medicamentis via pateat. Huic casui alias addendus erit, plerosque nimirum morbos, iamiam superatos, vitium ipsis relinquere viribus, inter omnes constat, quod vitium interdum sat graue actionem in solas requirit vires; dum suppono, nullam amplius superesse morbi causam. Vbi cunque autem necessaria fuerit actio in vires, illam caute, circumspecte, prudenterque suscipiendam esse, suadent rationes supra iam demonstratae.

§. VI.

Liceat breuissimis repetere datas indicationes. Exigunt
Vires naturae morbi causae tollendae respondentes

Causa

Causa et remediis vel cognitis, vel minus,
 Expectationem quoad causam,
 quoad vires,

Vires naturae morbi causae tollendae minus pares

Causa cognita,
 remediis, quibus secure tolli potest, cognitis
 actionem, quoad causam,
 expectationem, quoad vires,

Causa eadem
 remediis iisdem, lente agentibus,
 actionem, quoad causam,
 quoad vires,

Causa eadem
 aptis remediis ignotis
 expectationem, quoad causam,
 actionem, quoad vires,

remota iam causa, vires peccantes in se se fuscipiunt actio-
 nem.

Quum dictis indicationes, praecipuas saltem, easdem-
 que generaliores, absolui mihi persuadeam, nec instituti ra-
 tio hisce diutius inhaerere permittat; ad specialiora quaedam
 pedem promoturus, hoc qualemque tractationis specimen
 mittam, atque varias partus species, vbi secundum dictarum
 indicationum normam adhiberi debet vel expectatio vel actio,
 in primis manualis, nunc perquiram.

§. VII.

Quo angustius sit temporis spatium, ad quod partus ne-
 gotium ab ipso summo rerum naturalium Rectore restrictum

fuit; quo magis adeo preeceps occasio; quo maius damnum, si vel nimis properanter praerumpitur illud spatum, vel nimis negligenter diducitur; quo vehementiores sint dolores, calamitatesque, quae teneram et matrum et infantum corporis infestant compagem; quo maius, ut denique uno verbo dicam, periculum, quod ad minimum semper duobus imminet hominibus: eo maioris sane momenti et in hoc negotio est medicina agens et expectans. Vnde enim illi errores imperitarum obstetricum crassiores, et mala inde producta generi humano tam perniciosa, cum, praeteritis annis, arte obstetricia nondum satis exulta, haud raro mox tranquille expectarent, si modo caput primum offerebatur, de prauo eiusdem situ parum sollicitate *a*); mox, infasto conamine, prolapsum extorquerent brachium foetus, quum illum arreptis pedibus, vertere debuissent *b*); mox truncum, praecipite et immodica tractione, a capite avellerent, quum foetum vel forceps, vel forte iusta encheiresis liberasset *c*); mox, tristi instrumentorum adparatu, miserum foetum adhuc viuum, quem artis fuit, conseruare, dissecarent *d*)? Vnde? nisi quod ars, adhuc in incunabulis dum erat, nondum

a) Traité des accouchemens cet.
par le Sr. DE LA MOTTE, à
la Haye 1726. Lib. 3. Cap. 22.
La cause la plus ordinaire, ait,
de ce funeste accident, (quod de-
scripsit) vient de ce que les sa-
ges femmes, séduites par les appa-
rences trompeuses, qui leur font
croire, qu'un enfant présentant
la tête, c'en est assez pour que
tout aille bien avec le temps, le
laissent écouler, jusqu'à ce qu'il
n'y ait plus de ressource que de
la part des instrumens.

b) v. Traité de la Theor. et
pratique des accouchemens, trad.
de l'anglois de M. SMELLIE,
D. M. par M. de PREVILLE,
à Paris 1754. T. 3. Coll. 34. Nr.
1. Obs. 9.

c) SMELLIE T. 3. Coll. 36.
Obs. 1.

d) Veteres, qui usum forcipis
ignorarunt, et in leuiori incu-
neationis gradu vix aliud refu-
gium habuerunt, nisi interdum,
sectionem Caesaream.

dum ad amissim determinauerit, an et quomodo, et quando, sit agendum? Quae nunc enarraui, quaeque amplius iam allatis addi possent, totidem sunt momenta grauissima, quae viros in arte medica claros impulerunt, impelluntque adhucdum, artem, cui per seriem annorum solae praefuere feminae, et anatomicarum, et physiologicarum, aliarumque huc facientium scientiarum, ignarae, suam facere, atque eiusdem non solum theoriam, sed praxin quoque nouo ex dictis scientiis desumto lumine superfundere. Nec certe tunc euitare potuerunt, quin rite formatas indicationes firmarent, atque accuratius docerent, quo statu sit agendum, quo expectandum? ne occasio, nullo fato reuocanda, aufugiat. Iuuabit itaque hisce aliquantulum insistere, et, nisi inuentis licuerit noua addere, tamen eorum, quae tam natura rei, quam auctorum obseruationes, quae in eorum scriptis leguntur dispersae, suadent, me ruminatorem qualemque excusabit ipsius propositi grauitas.

§. VIII.

Minima interdum circumstantiarum, quae praeuideri nequeunt, conditio indicationes adeo insigniter mutat, vt idem morbus modo hanc modo aliam suadeat, vni indicationi, quod datum est, tempus, interdum quam citissime expirat, et statim ad alteram transeundum est; quin immo, primo intuitu idem casus, gradu tamen differt, et pro ipso gradu, quem tenet, mox expectationem requirit, mox actionem, adeo, vt ardua, nisi impossibilis res sit, singulos, tam ad agendum, quam ad expectandum, casus in specie, ne dicam in indiuiduo, libello arctis limitibus circumscripto, complecti, et nunc accuratius determinare. Sed a potiori fit denominatio, atque ea ipsa cum discretione quidam firmari tamen possunt, in quibus enumerandis, pro virium modulo, pergam.

In partu, foetus ex matrice in lucem promouetur. Cui vero negotio celebrando naturam parem sese gerere si obseruetur, sine dubio est expectandum, et quidem

I. IN DOLORIBVS RITE CONSTITVTIS.

Docet senior ipsius partus theoria, modo dictum negotium perfici vi contractionum vteri, vel sic dictorum dolorum ad partum; et eo quidem ordine, vt, praesagientes *a)* non solum, sed et praeparantes *b)* inferius vteri segmentum diducant, eiusdemque orificium aperiant ac detergent; quo facto demum dolores excludentes s. conquassantes ipsum foetum excludant *c)*; quorum omnium vires auxiliatrices autem constituunt contractions musculorum abdominalium et dia phragmatis *d)*; ad quam actionem modice suscipiendam ab ipsa vigilante natura satis inuitari solet et inuita grauida. Qua de causa heic sane ad expectationem monendae sunt plurimae obstetricum, quae non numquam nimis cito, ad nixus edendos vehementiores exhortantur parturientes, quin genitalia nondum sufficienter emollita misere contrectant, iam istis prioribus adhuc vigentibus doloribus, vana nimirum intentione, vt iam partus ad finem perducatur tempore, vbi id nondum licet *e)*. Quo irrito omnino conamine adeo vires ante tempus exhauriuntur, vt, instante vero ad partum labore, nullae, quibus allaborare possit puerpera cum doloribus conquassantibus, amplius supersint. Moderandae enim sunt initio vires istae auxiliatrices, vt, accendentibus doloribus

a) Vid. *Ioan. Georg. ROEDERI Elem. Art. obstetric. edit. Henr. Aug. WRISBERGII Gotting. 1766. §. 170.*

b) Ibid. §. 178.

c) Vid. *L'art des accouche-mens cet. par M. ANDRÉ LE-*

VRET à Paris 1766. §. 516. §. 524.

d) Vid. ROEDER. l. c. §. 181.

e) Vid. SMELLIE l. c. T. 2. Coll. 13. Art. 3. Obs. 3. et 4. ROEDER. §. 249.

bus excludentibus, satisque et deterso et aperto vteri orificio, ad maiores tunc edendos nifus vigeant.

II. IN PARTV NATVRALI.

Ab ipso magis magisque crescente foetu ad certum quendam gradum, qui mense obtinere solet nono, expansus uteruſ, vltiori distensioni resistit, seque circa ipsius foetus corpusculum contrahit, illudque, (iustum enim praesuppono foetum inter et peluim proportionem), sensim deorsum protrudit. Caput infantis, inferius vteri segmentum occupans, intrat superiorem peluis aperturam, eo, vti OVLIO atque SMELLIO a), et quibus eorum sententia arridet, videtur, sensu, vt frons vnum, atque occiput alterum respiciat ilium os, s. ex SAXTORPHII sententia, vt diameter transuersalis capitis tegat obliquam diametrum peluis b); satis deterso atque aperto orificio, exprimitur vesica, quam ruptam sequitur iam caput, ita nunc, ex omnium doctorum consensu, versum, vt facies os sacrum et occiput symphysin tangat pubis; vi vltiori dolorum caput sensim depresso vaginae duplicaturas, nymphas, frenulum distendit quasi ad augendum spatium, donec, sic si denique arcum pubis attigerit, circa eundem semicirculum sursum versus describens, excludatur, quod natum mox excipit reliquum corpus modo statim dicendo. In mox depicto negotio nullum plane auxilium necessarium, locum habere, nemo negabit, si iustum parturientis situm, atque illud laudandum exceperis, quo, prophylactice, perinaeum valida suffulcire solent manu. Sed vltiorem obseruandam esse volo expectationem. Docent nimirum veteres artis obstetriciae doctores, inter quos MAURICELLVS c), caput modo natum,

a) *A Treatise of Midwifery, by Fielding OVL D. 1742. SMELLIE T. I. Lib. I. C. I. Sect. 5.*

cet. Hauniae et Lips. 1772. §. 7.

c) *Traité des Maladies des femmes grosses cet. à Paris 1712.*

b) *Theoria de diuerso partu*

4. T. I. Lib. 2. Cap. 7. p. 246.

tum, quamvis humeri nullum ponant impedimentum, vti in partu facili solemne est, sine omni mora attrahendum esse rotando, ne corpus vel retineatur vel suffocetur. Sed vanum esse illum metum testatur ipsa experientia, quae vix ullum sifit exemplum foetus in illo situ per adeo breue tempus capti et suffocati. Observatum est porro a WHITE, BEAUCHELOCQUE a) aliisque, humerorum eundem esse transitum per ipsam peluim, ac est ipsius capitum. Simili modo vti capitum, et humerorum latior diameter, ab uno scilicet ad alterum ducta, cum aperturae peluis superioris simili diametro, inter utrumque os ilium sita, coincidit, nec in eadem nascuntur directione, sed pari ratione, qua caput, et humeri ad aperturam inferiorem propulsi ita mire converuntur, ut consimiles se tangant diametri, seu, quod eodem redit, ut unus humerus arcum pubis, alter os sacrum spectet. Atque in hoc mirabili sane mechanismo nititur sententia, qua volunt allegati Auctores, non statim iam exclusum adripiendum esse caput, ne ab ipsa manu, humeri incunentur, obstetricia; sed expectandum esse, leuiter prehensio capite, donec videamus, quorsum vergant humeri, atque tunc versus quod matris femur, anterior infantis pars respiciat, circa proprium umbilicalem funiculum, tanquam axin illum esse circumducendum b). Eo itaque nostrum fere totum absol.

a) Quam contorsionem humerorum crebriorem et mihi, observandi data fuit occasio in gynaeceo Argentinensi, quod gratis sub auspiciis frequentauit, Cell. ROEDERERI Professoris et praceptoris in arte obstetricia carissimi.

Avis aux femmes enceintes et en couches, ou traité des moyens

cet. traduit de l'anglois de CHARLES WHITE, par M. . . à Paris 1774. 8. p. 25.

BEAUCHELOCQUE *Anfangsgründe der Geburtshilfe, aus dem Franzöf. übersezt von KAMMERER, Tübingen 1779. p. 91.*

b) Methodus est a DELEURE PROPOSITA atque descripta in eius.

absoluitur munus, vt, quem alma natura ex matris gremio depromit, nouum ciuem, prompta excipiamus manu.

III. IN EXTRAHENDA PLACENTA, ET DELIGANDO FVNICVLO VMBILICALI.

Post natum foetum funiculi vmbilicalis portionem placentalem ab illa foetal separandam, vtramque deligandam, et placentam extrahendam esse, generalis lex est. Evidem vidi sanguinem ex foetal portione fluentem post aliquot pulsus per se cessantem sine noxa; vidi quoque portionem placentalem saepius absque ullo malo euentu, non ligatam: sed relinquo SCHVLZIIS a) cum suis, et BOEHMERIS b) cuni suis affeclis, litem, quam meam non faciam: vtrum deligatio funiculi sit necessaria, an superflua? Firma stat veritas, in hoc casu superflua vix nocere. Deligetur itaque funiculus vmbilicalis. Sed deligandus esse videtur cum expectatione. Ex mente WHITE loquor c). Reiicit nempe nimiam praecipitationem, qua, pro more vulgari, infante vix nato, funiculum citius discissum, ligare solent; vult e contra, vt per aliquot minuta expectetur, et sic tempus concedatur, quo teneri infantis pulmones commode sese euoluant, et, bono omine, noua inchoetur circulatio; quo, adde-

iusdem Abhandlung über die Geburten, aus dem Franzöf. übersetzt von D. Joh. Gottfr. FLEMMING, Breslau 1778. §. 620.

a) Diff. an funiculi vmbilici deligatio in nuper natis absolute necessaria fit? in partem negatiuam resoluitur. Halae 1733.

habita Resp. DEHMEL, Coll. Haller: inserta.

b) Diff. de necessaria funiculi vmbil. vi vasorum stractrae in nuper natis deligatione. Resp. BUCKARTO Halae Magd. v. Coll. Haller.

c) I. c. p. 37.

addere id liceat, vterus, vltiorum contractionum ope, insoluenda placenta, nisi iam facta fuerit, pergit. Ante deligationem interdum sanguinem versus foetum repellere solent, quam vero methodum recte refutat LEVRETUS *a)* et contrarium potius faciendum suadet. Praeterquam enim, quod, facta hac leuiori euacuatione sanguinea, portio foetalis ligata prius marcescat, decidatque, cum experient: Viro asseuerare, haud alienum a vero esse puto, varia quoque inde praecaueri posse incommoda; an vero varioli? sunt, qui praeципiunt; equidem vix credo. Maior obtinet dissensus ratione extrahendae placentae, qua de re iam olim disceptarunt RYVSCH *b)*, qui foli naturae, atque LEPORINVS *c)*, qui arti dictum tribuerunt munus. Accedebant hisce, ad nostram vsque aetatem, plurimi, alii, qui non differendam esse volunt extractionem, alii, in contrariam partem descendentes, non accelerandam, quorum quilibet suis nituntur argumentis, suaque auctoritate. Prostant nimirum obseruationes, quales et mihi videre contigit praesenti, de secundinis per satis longum tempus retentis absque praeiudicio matris *d)*, et aliae, de periculosa, praepostera in extrahenda placenta assiduitate *e)*; ex altera parte innumera prostant exempla de malis ex placenta nimis diu in matrice morata, haud diffimul-

a) Journal de medecine T. 37.
An. 1772. c. Richters Biblioth.

b) Tractat. de musculo in fundo vteri.

c) Kurze und gründliche Erörterung einiger die zurückgebliebene Nachgeburt betreffende Fragen. Leipzig 1728.

d) DE LA MOTTE libr. 5.
Cap. 2. SMELLIE T. 2. p. 466.
T. 3. Col. 33. Nro. 2. Obs. I. a

natura separata fuit die sexto cum signis putredinis. PLENK *Anfangsgründe der Geburtshilfe.* Wien 1774. 8vo. T. 2 K. H. 2. p. 356. Similia fese obseruasse affirmavit, Illustr. RVDOLPHVS Prof. Erlang. in re obstetr. et chirurg. clarissimus, praeceptor mihi summe semperque venerandus.

e) MAURICEAU T. 2. Obs. 162. 294. DE LA MOSTE l. c.

simulanda *a*). Quam ob rationem nonnulli, vt vtrumque suis incommodis stipatum auertant extremum, medium tene-re studuerunt beati, inter quos LEVRET *b*), SMELLIE *c*), ROEDERER *d*), WHITE *e*), BEAUCHELOCQUE *f*), HARVIE *g*), aliique, qui docent: plerumque in facili laetoque partu, quotidiana loquente experientia, ipsum vte-rum, durante propria contractione, secundum moliri par-tum, quo placentam solui pellique *b*) *c*) *d*); solutionem s. placentae ab ipsius vteri interna facie separationem, in sta-tu, puta, sano, solius vteri esse opus fese contrahentis; extractionem eiusdem arte iuuari posse, nec tamen prius suscipiendam, quam priori iam facta, id, quod cognoscitur, concludendo a nouis obortis doloribus, tanquam a causa ad effectum; a modica vero haemorrhagia, et contracto, qui globi sub forma in regione pubis sentitur, vtero, tan-quam effectu ad causam *b*) *e*) *f*); vix adeo extimescendam esse occlusionem et colli et orificii vterini, tam insigniter in partu diductorum ac detersorum *b*) *d*), nec necesse esse, post quemuis partum manum ad ulteriores operationes in matri-cem inferre, praegressis laboribus satis defatigatam, defes-samque; sed expectare, donec fiant, quae dicta sunt *e*) *g*). En! itaque operam, quam dedere, vt scilicet methodus a nimia acceleratione et tali procrastinatione aequaliter di-stans, atque adeo et huius et illius mali effectus, quan-tum fieri potest, declinans in usum recipiatur.

C 2

IV. IN

a) MAURICEAU ibid. Obs.
244. 297. plura.

b) Art des accouch. P. 3. C.
3. Art. 4. Sect. I. coll. §. 499.
tenus 503.

c) T. I. Cap. 2. Sect. 7.
d) l. c. Cap. 14.

e) l. c. p. 39.

f) p. 98.

g) Practical directions shew-ing a method of preserving perinaeum in birth and delivering the placenta etc. by HARVIE
Lond. 1767.

IV. IN PARTV PRAEMATVRO, ABORTV, MOLA,
SIMPLICIBVS.

Fieri nimirum iam ante definitum a summo oeconomiae humanae Praefide, tempus, variis ex causis, solet, vt, vel foetus, intra septimum et nonum grauiditatis mensem, id quod partum praematurum, vel a tertio ad septimum usque, embryo, quod abortum, vel, eodem circiter tempore, ouum deforme, quod molam vocant, excernatur; et quidem eodem fere ordine, qui in partu naturali obseruatur. Prominet, in utroque casu priori, vix in mola, vesicula, accedunt, aliis cum partus symptomatibus, dolores, quorum operificium veteri, nisi detergatur, adaperitur tamen ac dilatatur, quin, fauente fortuna, quandoque integrum nascitur ouum a.) Triplex itaque habetur partus species, simplicis nomine insignita, quoties ab insigni haemorrhagia, seu alio sinistro libera obseruatur, euentu, eademque naturali similis, ea cum differentia, quod et nimis premature et foetu minus perfecto contingat; quae ideo proprio prae illo vix indiget auxilio, atque, ne nimia industria plus noceat, quiete, eo maiore iure tranquille tradenda erit naturae b), quo promptiores in tali casu, ante portas iacere solent haemorrhagiae. Nam probe confitendum est, ad rariores pertinere tam felices modo descriptos euentus, et plerumque, quin vix non semper in excretione molarum, profluum sanguinis aliqua coniuncta habere incommoda, de quibus infra dicendi erit occasio.

V. IN

a) ROEDERER § 730.

b) ibid. MAURICEAU T. 2.

f. *Observations sur la grossesse et l'accouchement des femmes etc.*

à Paris 1715. 4. Obs. 292. qui, non obstante brachio prolapsus, partum naturae reliquit felici successu.

V. IN PARTV DIFFICILI VARIA EX CAVSA.

Praeter impedimenta iacta vel a situ ipsius foetus, vel a laesa, foetum inter et peluim, proportione, mala vnius s. vtriusque conformatione, similibusque vitiis, et aliae obtinere solent causae, quae obstant, quo minus partus promte commodeque absoluatur. Sunt, qui, sese obseruasse asseuerant, in primiparis praesertim tam iunioribus, quam aetate prouectioribus aegrius et maiori cum cruciatu cedere fibras strictiores, sensibiores, siccioresque; earundemque ob resistantiam, quam praestant, maiorem, os uterii difficilius dilatari, ipsumque partum retardari notabiliter *a*). Sunt, qui similem procrastinationem in crassis, macilentis, gibbosis cet. metuunt *b*), aequa ac a doloribus leuiori ex causa tergiversantibus. Verum enim vero tam frequentes certo non sunt eiusmodi casus ita comparati, qui, nisi alias morbus simul coniunctus fuerit, exigant, pro renata, venaefectiones, clysmata et balnea emollientia, cardiaca, opiate cet. a rationali tamen medico, suo tempore, haud sane negligenda. Ab impulsu enim dolorum, quos seigniores visos, ipsa interdum restituit quies *c*), saepius superari solent illa obstacula, praeterque omnem quandoque opinionem *d*). Maioris itaque sane emolumenti est prudens expectatio, violenta partium, vt dilatentur, contrectatione, et perniciose sic dictorum pellentium usu, qui praeteritis annis praepostere saepius praescriptus mala turbasque produxit funestas satque notas, quam ob causam, ex

C 3

con-

a) id, quod negat DE LA MOTTE Lib 2. Cap. 4. contra MAVRICEAU.

c) SMELLIE T. 2. Coll. 27. Obs. I.

b) contrarium vult DE LA MOTTE Lib. c. Cap. 22. contra PEY.

d) van SWIETEN Commen-

taria T. 4. p. 527. ROEDER. §. 232. seq.

consensu medicorum, hodie cautissime sunt adhibenda, eoque magis quod etiam post partum agere pergent, sique vel haemorrhagias vel inflammationem vteri produce:re possint.

VI. IN VITIO OSSIS COCCYGIS.

Multum quidem olim metuebant de osse coccygis luxato, nimis antrorsum verso, immobili cet. *a)*. Sed obseruationes vltiores docuerunt, raro tam insigni impedimento esse, quam olim ipsi tribuere, nec illud ipsum ossificatione immobile redditum obstitisse, quo minus foetus natus fuerit absque notabili incommodo, praeter solita in quolibet partu praeſentia *b)*. Attamen haud negabo, ita illud os vitioſe affei posſe ac mutari, praecipue dum nimis introrsum vertitur, vt reuera haud negligendum poneret obstaculum; atque tunc ſunt, qui iubent, illato dīgo f. pluribus, illud caute reprimi *c)*. Ast, si mobile adhuc obſeruatur, vti in ſtatu naturali vix non ſemper; quid moliendum? Lubentius parebit progredienti ſenſim capiti, quam digitis illatis; idemque iudicium ferendum eſſe videtur de immobili. Plus enim vix efficiet illa encheiresis, quam quod ſpatium, dilatandum potius, diminuat, atque cruciatus puerperae adaugeat, neque tamen optatus obtineatur effectus; vixque enim ſemel immobile redditum minus refiſtet arti, quam naturae, vt ta-ceam inflammationem, quin et ossis fracturam, quae produci poſſent. Anne itaque in vtroque caſu potius ex-peſtandum erit?

VII. IN

a) GUILIELM. HARVAEI
Exercitat. de generatione anima-
lium cet. HAGAE Comit. 1680.
Exercitat. 58. p. 377, MAVRI-
CEAU T. 2. Obſ. I.

b) SMELLIE T. 2. Coll. I.
Art. 2. Obſ. I. DE LA MOT-
TE Lib. 2. Cap. 4.

c) PLENCK 2 K. 1 H. 1 Ab.
theil. p. 134.

VII. IN NIMIA CAPITIS MOLE.

Huc referendum esse volumus, omnem partum difficultatem, vbi, viribus licet integris, capite optime, vti in partu, quem naturalem supra adpellauimus, suto, reliquisque, quae illum concomitari solent symptomata, praesentibus, magnitudo capitum amplitudini pelvis minus respondet, siue fit caput, quod peccet, siue pelvis. Paragomphoseos nomine id vitium venit, cuius tres describunt gradus ROEDERER a), STEIN b) aliique. Primus nunc nos proprius spectat. Naturae quidem auspicio perficitur, sed difficilius et lente. Quamuis enim validius resistant pelvis aperturae comparate angustiores capiti delabenti; illud tamen, vi dolorum, lento quidem itinere ad ipsum usque orificium externum progreditur; dum nimirum ossa crani hiantia ita sibi inuicem adproximantur, ut caput tumore in prominente eiusdem parte existente, obsesum, et in formam cuuei accuminatum quasi, per ipsum pelvis axin trudatur, quod caput mox reliquum excipit corpus, quaeque omnia satis longam temporis moram requirunt. Eiusmodi partus, cui valida, quamuis tardior praeest natura, cum spe optimi euentus ipsi soli quoque tradendus erit c). Signa, quae hoc suadent, ex dictis facile eruuntur. Quo sensibilior, post dolores, capitum progressus; quo minus eiusdem acumen et tumor, eo magis expectandum erit. Si autem citior desideretur liberatio, vel maior obtineat gradus, vel protracto labore, vires exhaustantur, vel alia accedant mala, agendum esse, infra dicturi ipsi volumus.

VIII. IN

a) §. 420. seq.

*tische Anleit. zur Geburtsh. Kas-
sel 1777. §. 529. seq.*

b) Georg Wilh. STEIN prac-

c) ROEDERER. §. 425.

VIII. IN SITV CAPITIS RECTO, FRONTE ANTERIORA SPECTANTE.

Alia partus species, quae expectationem, suo cum discretuo iudicio, indicare videtur, est ex classe situs capitis recti, quam exstruere placuit LEVRETO *a*); quae autem ROEDERERO *b*) sub enumeratione venit situs capitis iniqui. Axis capitis, a vertice ad basin cranii ductus sequitur axi peluis, aliqua tamen cum differentia, prouti nimirum l. LEVRETIANVM *c*); l. ROEDERIANVM *d*) velb ANGIANVM *e*) agnoscas. Frons cum facie, in facili partu ad sacrum os obuersa, arcum tangit pubis, foetusque corporis facies anterior, matris respicit abdomen, reliquus rerum status naturali similis est. Vitium in eo quaerit ROEDERER *f*), quod in hoc situ impulsus dolorum caput a pectore remoueat, dorsumque versus pellat. Aliud in eo quoque iacere mihi videtur, quod noster partus careat illo, in facili solemni, et pulcerrimo mechanismo, quo occiput arcui pubis innixum, axis quasi efficiat, circa quem caput commode euoluatur. Nam etiamsi in nostro casu altius descendat caput atque perinaeum cum metu lacerationis expandat; apta pars non adest, quae illi puncto fixo, quod arcus pubis praebet, adprimatur. Huncce itaque partum per longius iusto tempus protrahi posse, dubium esse nequit:

a) Dissentient auctores in classificatione situs capitis. Planior videtur LEVRETIANA. Vid. eiusd. *Obseruat. sur les causes etc.* 1770. p. 133. col. WALDBAVMII Tab. in *Wahrnehmungen etc.* Lübeck 1758.

b) §. 508. seq.

c) *L'art des accouch.* p. 310. Conf. Tab. 4.

d) ibid. §. 5. et eiusd. Opusc. Med. Gotting. 1764. edit. insert. Program. de axi peluis.

e) Tentam. med. de mechanismo partus, Praef. SAXTORPH. Haun. 1774.

f) ibid.

quit: illum tamen plerumque a natura absolui, assuerant
 ROEDERER *a)* SMELLIE *b)* DE LA MOTTE *c)* cet.
 Sua sponte inde sequitur, in ampla pelui, validioribus dolo-
 ribus, proportionato foetu cet. ab arte in hoc casu nihil
 suscipiendum esse peculiare; sed prudenter expectandum. *d)* Si
 autem accedant momenta, quae in dubium vocare valeant
 boni euentus spem; eadem sunt peragenda, quae in partu,
 facie praeuia, allaturi sumus.

IX. IN LEVIORI CAPITIS OBLIQVITATE.

Si axis capitis ab axi peluis ita aberrat, ut continuati,
 unus alterum sub angulo plus minus acuto fecet, atque adeo
 cranium, antrorum, retrorum, vel ad latus quoddam plus
 minus in ossa pubis impingat; situs a LEVRETO *e)* late-
 ralis vocatur, obliquatus autem a DEVENTERO *f)*, qui pri-
 mus atque egregius in hac re desudauit, et ROEDERERO
g) qui illum sequutus est, vix segnior. Periculum in aprico
 est. Caput nimirum tantum abest, ut contractionum vte-
 ri ope, cauitates peluis, tam superiorem, quam inferio-
 rem transeat, ut potius in margine cauitatis superioris
 retineatur, ossibusque valide adprimatur, atque, nisi
 vel sponte relabatur, vel arte redigatur, nasci nul-
 lo modo potest. Eandemque ob rationem ex hac classe equi-
 dem vix audeo aliam, iis, quae expectationem exigunt, an-
 numerare speciem, nisi leuorem, quin leuissimam, annuenti-
 bus ROEDERERO *b)* atque SMELLIE *i).* Eam intelli-
 go,

a) ibid.

rationes chirurg. Nouum lumen

b) T. 2. Coll. 26. Art. 2. Obs. 2.

cet. Lugd. 1710, 4to Cap. 47.

c) l. 2. c. 7.*g)* ibid. c. 17. sect. 2.*d)* ROEDERER ibid.*h)* §. 457.*e)* Observat. sur les causes cet.*i)* T. 2. Coll. 14. Art. 1. Obs.*f)* Henr. DEVENTER Ope-

1. conf. T. 4. Tab. 12.

go, quae nullam vteri obliquitatem simul iunctam habet, atque vbi spes est, fore, vt caput, cuius ne quarta quidem pars ossibus peluis incumbit, vesica, post sufficientem orificii interni dilatationem, erupta, ab vtero nunc arctius circa foetus corpus sese contrahente cogatur, ab ossibus ad cavitatem declinare ac delabi. Lento gradu id fieri obseruatum est, adeo ut interdum, licet in cavitatem remotum caput denique forcipe tamen educi oporteret.

X. IN AGRIPPIS, PRAEVIIS GENVBVS ET
CLVNIBVS.

Simili ratione et in hac, dubius haereo, quaestione: an quidam ex Agripparum partu, et vbi alia, quam caput, prima sentitur pars, naturae sint tradendi? Plurimi sane ex hac classe, ita sunt dispositi, vt, proprio Marte, nullo modo absolui queant; alii vero, (praeter illos tamen, vbi vel pedes, l. genua l. clunes primi sese offerunt, vix ullus,) ita comparati, vt, prosperrimus sub conditionibus, a naturae viribus sibi relictis, aequa fere faciles perficiantur, ac ipse naturalis. Id, quod monent et obseruarunt DE LA MOTTE, a) qui ne dubitat quidem, eiusmodi partum adpellare naturalem, SMELLIE b) ROEDERER c) conditiones, quas addunt, praecipuae sunt: pelvis ampla, foetus minor, eiusdem facies corporis anterior os sacrum spectans, sufficiens partium dilatatio, ope vesicae velamentorum, rupturae diu resistentium, producta, valida vis dolorum cet. Quamuis tanquam difficultimum cum veteribus reformidare, nec naturalem cum DE LA MOTTE habere vellem eiusmodi partum; tamen prudentem et pro conditionum numero et natura directam expecta-

a) Libr. I. Cap. 29. Obs. 80. c) Cap. 18. sect. I. §. 592.

b) T. 4. Tab. 29. et explicat; 593.
eiusd.

pectationem esse eligendam credo; ne scilicet, nimium cunctando, commodum ad auxilia adferenda, elabatur tempus.

XI. IN PARTV GEMELLORVM.

Simili modo, ac simplex partus, duplex quoque se habet. Quilibet gemellorum suis inclusus membranis, suo funiculo vmbilicali, propriaque interdum, interdum communi gaudens placenta, proprium quoque patitur partus negotium, mox naturale et facile, mox contrarium; quin nunc vnum natura soluit, alter ab arte expectat auxilium; nunc vterque artis est obiectum. Id quod obseruationes MAURICELLI
 a) SMELLIE b) aliorumque fatis comprobant. Atque ex hisce diiudicandum erit momentis, an agendum sit, an expectandum? Expectandum omnino, in illo, qui naturalem atque facilem sese gesserit, siue sit vterque, siue prior, siue posterior: agendum in contrario.

XII. IN PARTV FOETVS DEMORTVI.

Idem quoque iudicium ferendum esse duco, de partu foetus iam in vtero materno, varia ex causa, demortui, suis ex signis dignoscendi. Et ille sane vario modo, plus minus felici sese offerre solet. Si, excepta infantis vita, reliquae ad partum facilem adsint conditiones, nec alia accedant incommoda: non est, quod peculiare tentetur auxilium; sed et ille, eodem iure, quo prior, tradendus erit naturae, quae, quamuis segnior, felici tamen successu plerumque perficit opus.
 c) Cautelas autem, in necessaria actione adhibendas recensere, ab instituto alienum esset.

a) T. 1. Obs. 93. 159. 481. et plur.

c) ROEDER. §. 340. SMELLIE T. 2. Coll. 12 Art. 1. Obs.

b) T. 3. Coll. 37. Obs. 1. seq.

1. 5.

XXVIII DE MEDICINA OBSTETRICIA

XIII. IN PARTV MONSTRI, EX DEFECTV PARTIVM.

Vti peluis matris, et reliquae generationi dicatae partes, ipsius quoque infantis corpus, interdum, licet rarius, varias pati solet deformitates ortas, vel ex monstrofa membrorum commutatione, vel partium excessu vel defectu. Insignia quidem, a natura aegrius, quin prorsus non superanda sunt impedimenta, prouenientia a simplici quidem sed monstroso, duobus capitibus s. aliis membris locupletato, a duplice connato etc. tantaque cum varietate, vt de iisdem remouendis, firmae regulae formari vix queant; e contra monstrum, partium defectu tale, dum moles potius diminuatur, quam augeatur, non video, quod partum multum aggrauare potest, ideoque reliquis conspirantibus, in eodem expectationem commendare, nullus dubito. a)

§. IX.

Ab expectatione ad actionem nunc transeo, praecipuos, qui eandem in partu adhibendam postulant, casus, eodem, quo expectationem modo absolui, ordine contemplaturus. Quaedam tamen praemonenda habeo.

Vires naturae morbo debellando impares me praesupponere, supra iam dictum est (§. V.). Id, quod tamen non ita intelligi volo, ac si docerem, in quolibet dicendorum casuum, dictas vires positue semper l. excessu, l. defectu, l. mala peccare directione. Tale quid adfirmans a veritate omnino longe discederem. Potius probe confiteor, plerumque vires per se quidem nulla labe adfici; id vero non obstat, quo minus relative, si nimirum ad causam superandam simul respexeris, tamen laborent, quae

a) DE LA MOTTE libr. 4. Coll. 37. Obs. 2.
Obs. 356. SMELLIE T. 2.

quae scilicet causa ita comparata esse potest, vt ne ab optimis quidem viribus sugari possit. Exempla in promptu sunt. Plures, puta, species, situs peruersi foetus et matricis, malaeque eorundem conformatio[n]es rel. incassum a viribus quid expectari potest naturae; recte tamen expectatur, quoad vires. Agendum enim est in causam. (§. V.) Tales, partuum in hac sectione occurentium, maximam constituunt partem. Minor eorum est numerus, qui dupl[icem] actionem et in causam et in vires exigunt; atque pauciores ii, vbi solis viribus, immota causa, mendendum est; adeo, vt hodiernis temporibus, vbi ars obstetricia a claris viris magis exulta docuit, manum oculatam in partu optimum adferre auxilium, vsus medicamentorum internorum dolorificorum, pellentium et similium, vel superstitionis, vel noxiis, quo sinistro Marte obstacula in partu profligare olim studebant, multum eviluerit, et recte! Sed redeo ad casus enumerandos, qui medici postulant actionem, quae in quois casu adhibenda, parce solummodo et fugaci calamo a me indicata fuit, ne libelli sc. molem adaugerem; cum mei instituti ratio non fuerit, dicere, quo modo? quibus auxiliis? cet. sed quod sit agendum, et quando? Eadem quoque mente, ea nunc silentio praetereo, quae iam sparsim de actione dicta fuerunt, ad taediosam euitandam repetitionem, quin nec in hac quoque sectione me interdum expectationem suadere mirandum est, cum etiam hic a potiori fieri possit denominatio.

I. IN PARTV PRAEMATVRO, ABORTV, ET MOLA CVM HAEMORRHAGIA.

Tam partus praematurus, quam abortus et mola, haud raro adgravari solent, accidente haemorrhagia, quae, quo[u]is grauiditatis tempore, periculo non vacat, monente iam HIPPOCRATE, Aph. V. §6. "quoties femina vtero gerens haemorrhagiam patitur, atque accedunt frigus extremorum, pulsus debilis, celer, intermittens, oculorum caligo, aurium fusurus,

rus, praecordiorum anxietates, animi deliquia frequentiora, sudor frigidus, motus conuulsui, malum est, quin mors sequitur"
a). En! cateruam malorum, quae vt auertantur, sibi commendatam habeat medicus actionem. Non est, quod multus sim, in explicanda ratione, cur sit agendum? Periculum eandem abunde loquitur. Causa frequentissima est, placenta ab vteri interna facie l. total. quoad partem soluta, atque vasa in eius cauum hiantia. Nisi itaque l. maior sanguinis adfluxus retineatur, l. ita rerum status mutetur, vt vasa adfluenti sanguini satis resistere valeant; nulla sane spes adfulget sistendae haemorrhagiae. Conducunt hoc scopo, praesertim in mola, quae plerumque cum ipso profluente sanguine excerni solet *b)*, pro varietate causarum et temperamentorum, venaesectiones, temperantia, leuiora adstringentia? anodyna: in abortu et prematuro partu, ex mente *P V Z O S c)*, qui partui arte promouendo minus fauet, laceratio velamentorum, vt nimirum post effluxum aquarum, vasa ipsius vteri se se contrahentis, constringantur; monentibus autem *L E R O U d)* et *S M E L L I E e)* lintea rasa aceto conspersa, vaginae vteri applicata cet.

a) Si quoque vita euaserit integra, perniciosi tamen nimii sanguinis profluuii, effectus metuendi sunt, quos vide in Diff. Illustr. *I S E N F L A M M I T*, praeceptoris, gratissimo animo nunquam non prosequendi. Resp. *IO. P A V L. K V T T E R*, Erlangae 1764. hab.

b) Von Beobachtungen, welche das Geschäfte der Erzeugung und die Geburtshilfe betreffend, Nürb. 1767. ex Script. quibusdam lat. Peril. *D E L I I.*

*c) Mémoires sur les pertes de sang, qui surviennent aux femmes grosses etc. Mémoires de l'acad. de chirurg. T. I. in 4to insert. 203. quae tamen methodus p. non ubiuis placet *R O E D E R E R O §. 687.* nec *L E R O U* Part. 3. art. 2.*

d) Observat. sur les pertes de sang des femmes en couches et sur le moyen de les guerir: à Dijon 1776. Part. 3.

e) T. 2. Art. 2. Obs. 2.

cet. quae nisi sufficerint ad sistendum sanguinis fluxum, de validiori auxilio cogitandum est, quod in eo consistit, ut quantum fieri potest, arte promoueatur partus *a*). In foetu bene situ, vigentibus doloribus interdum absoluitur; sed in peruerso foetus situ, doloribusque l. nullis l. lentius agentibus, quam periculum ex haemorrhagia vrgens, id ferre potest, prehensis pedibus, partus accelerandus est. In minori foetu et caput deprimi, quin, prouti et mola, totum ouum binis, vel saltem paucis educi potest digitis. Quo facto, vt plurimum uter contrahitur atque luminibus vasorum sensim sensimque clausis, crux rem sequitur pars serosa, donec in totum cessauerit.

II. IN CONVULSIONIBVS GRAVIDARVM.

Aliud symptoma vrgens nec minus funestum priori, subiungam. Vti haemorrhagia, sic etiam conuulsiones interdum vario grauiditatis tempore, praecipue autem, partus termino adpropinquante, quin eo instante fese prodere, malo omne, solent. In summo versantur vitae periculo tam mater, quam imprimis infans; id quod demonstrant obseruationes M A V R I C E L L I , D E L A M O T T E , S M E L L I E aliorumque mox citandae. Ideoque in eo fane omnes conspirant, nullam hic esse in expectatione salutem; actionem vero summam exigere animi constantiam, promptumque medici consilium. Raro contingit, obseruante M V D G E , apud S M E L L I E *b*), vt, ope conuulsionum, ipse eliminetur foetus. Interdum sopiauntur conuulsiones temperantibus, emollientibus, anodynis, venaefectionibus cet. *c*), atque partus, ipsis demtis, felici absoluitur successu. A modo dictis eo magis auxilium sperandum est, quo ma-

a) ROEDER. §. 730. seq.
SMELLIE T. 1. Cap. 3. sect.

3. Art. 3. fine. T. 3. Coll. 33. No

2. LEVRET Art des Acc. § 296.

Supplém. Art. II. *LA MOTTE*

libr. 3. Cap. 4. et 6. libr. 4.
C. 13.

b) T. 2. Coll. 13. Art. 5. Obs. 3.

c) Ibid. Obs. 1. 2. fine M A V R I C . T. 2. Obs. 376.

magis adhuc partus a naturali distat termino; quo leuiores ipsae conuulsiones; quo maiora interualla cet. saepius autem continuo filo membra et matris et infantis ita conuelluntur, vt soporosa quin apoplectica cadat mater *a*), saltem eiusdem fructus enecetur *b*), nisi cito ipsa ars partus absoluat negotium. Si villo, magno id fieri solet, labore, orificio vteri nec molliori, nec diducto, ita, vt sane ipsa actio prudenter sit moderanda (§. IV. 2 b); inchoato autem partu, manus oculata, pedibus prehensis *c*), l. capite iam predeunte, forcipe armata, foetum extrahit leuiori conamine. *d*).

III. IN SOLVATIONE PLACENTAE ADCRETAE.

Si aliquo post partum iam praeterlapso temporis interuallo, signa solutae placentae (§. VII. 7) recensita desunt; si tractioni funiculi valide resistit placenta, quin, eadem suscepta, aliquantulum semper retrogreditur funiculus: concludere licet, placentam esse adcretam, nec sperandum, naturam suo in ea soluenda muneri, prompto faustoque praefuturam euentu; potius morbos esse metuendos, ex placenta diutius in vtero retenta, ortos, haemorrhagiam *e*), putredinem *f*), inflammationem, *g*) eorumque pedissequos. Quae vt euitentur malâ, eadem, lege artis, vola scilicet manus, funiculo duce, illata,

ab

a) SMELLIE ibid. Obs. 2. et T. 3. Coll. 33. Art. 3. Obs. 2. MAVRIC. T. 2. Obs. 86. 420. etc.

b) DE LA MOTTE Lib. 3. Cap. 12. Obs. 217. 218.

c) SMELLIE T. 3. Coll. 33. Art. 3. Obs. 1. 3. 4. DE LA MOTTE Lib. 3. C2p. 12. Obs. 219.

d) Talem iusto tempore et sagaci promptitudine directam actionem vidi a Clar. ROEDERERO

Argent. peractam, in matre sensibiliori, diris conuulsionibus correptam, dum modo caput lentius delaberetur. Soluto enim forcipis ope, foetu, ac propinato anodynno len. saluae euaserunt & mater et proles, licet et post partum una f. altera subsequeretur conuulsio.

e) MAVRIC. T. 2. Obs. 43. 75.

f) Ibid. Obs. 104.

g) Ibid. Obs. 129.

ab interna, cui arctius adhaeret, uteri facie decorticanda est, et eximenda, cum sanguine congrumato et membranis *a*). Attamen si qua pars nimis firmiter adglutinata digitis non cedat, a natura eliminandam relinquere et injectionum ope, si putredo id suadet, succurrere mauult **M A V R I C E A U**, alias de cito extrahenda placenta sollicitus, quam sensilissimo organo vim inferre vehementiorem *b*). Licet soluta sit placenta, interdum varia obstacula impediunt, quo minus tractum sequatur funiculum. Varia, pro natura morbi, medela. Abdomen propendulum retinendum; orificium vteri, f. sacci, quo includitur, sensim sensimque dilatandum; placenta margine prehensa, non funiculo, ea, qua in quolibet casu necesse est, cautela, attrahenda; tam valide autem constricto ostio, vt, non, nisi iusto fortiori conamine, diduci queat, cum **M A V R I C E L L O** expectandum.

IV. IN NIMIA CAPITIS MOLE.

Restant duo gradus paragomphoseos nunc recensendi. Iam primum aegre a natura perfici, monui §. VIII. 7. Maius ponunt impedimentum et secundus gradus, et tertius. Illum forte natura absolvit, sed funestum Cum enim tam insigniter laedatur mutua pelvis et capitinis ratio, vt aliquot requirantur dies, donec persistentibus doloribus vehementioribus, caput foetus viui coniforme, insigni cum tumore lentissime deprimatur, non possunt non, a nimis diu protracta foetus capitinis compressione produci, mors infantis: quoad matrem autem inflam-

a) DE LA MOTTE Lib. 5. pl. conf. LEVRET Art. des C. 2. et 3. ROEDER. C. 16. Acc. Suppl. Art. II. §. 221. SMELLIE T. 2. Col. 23. Obs. Georg. Albr. FRIED Anfangsgr. der Geburtsh. Strasburg 1769.

b) T. 2. Obs. 162. 164. 176. §. 197.

inflammationes vteri, vaginae et partium genitalium externarum; quin dilacerationes, gangraena, diri cruciatus, conuulsiones, vrinae et alui incontinentia cet. Quae sane momenta medicum ad efficax adhibendum auxilium clara voce prouocant; quod in sola forcipe LEVRETTIANA l. SMELLIANA correcta quaerendum est. MAURICELLVS quidem et DE LA MOTTE, vsum forcipis ignorantibus, repulso capite, versionem adhibuerunt; sed aegerrime, nec vbiuis fieri licet, adeo, vt itaque vix alia, nisi modo dicta, methodo et matris et infantis conseruari possit vita a). Optima omnino spe applicatur forceps, capiti iam in cavitatem pelvis inferiorem delapso, quo in casu SMELLIANA recta iam sufficit; maiori negotio, caput adhuc altius locatum extrahitur ope incuruatae. Sed tacere liceat mechanismum forcipis æque ac methodum applicandi a nostro proposito alienam. Si denique in tertio eodemque pessimo gradu eo vsque peruentum est, vt forcipis quoque vsum eludat caput, quin adeo, cunei ad instar, aperturæ pelvis vel superiori vel inferiori infixum est, vt ne stilus quidem, caput inter et pelvum intromitti queat; de nouo auxilio cogitandum est.

Demortuo iam foetu, quis de perforatorio haesabit b)? Magis anceps consilium autem est in casu tristissimo, sed Deo sit laus! et rariori, viui adhuc foetus. An mors infantis expectanda? An sectio caesarea instituenda? An foetus trucidandus? Dubium quidem non est vtrum, sed quomodo sit agendum? Id, quod forte, ex mente ROEDERI, ea, quae circumstant, optime firmant c).

V. IN

a) ROEDERI §. 429. LEVRET *l'art des accouch.* Part. 3. C. 1. Art. 7. Sect. 4. Art. 8. SMELLIE T. 1. l. 3. C. 3. Sect. 1. seqq. T. 2. Col. 27. Art. 1.

b) DE LA MOTTE l. 3. C. 20. Obs. 244 seq. l. 4. C. 3. MAURICEAU T. 1. l. 2. C. 33. et Aphor. 248.

c) ROEDER. §. 433. seq. et Diff.

V. IN SITV CAPITIS RECTO, FRONTE ET OCCL.
PITE LATERIBVS OBVERSIS.

Caput in cauum peluis inferius detrusum, non semper eo, §. VIII. 2. iam descripto modo, sese obuertit, vt maxima capitis diameter tegat maximam caui peluis inferioris, id, quod fieri liquet, occipite arcum pubis, fronte excauatum os sacrum spectantibus. Potius accidit, vt eadem directione, qua aperturam peluis superiorem intrare dixi, caput quoque in cauo haereat inferiore; fronte, vni ischii ossi, adpressa, occipite, alteri; atque tunc sane maior capitis diameter tegit minorem ipsius caui peluis. Nec mirum, inde surgere partus difficilis speciem, naturae vix tradendam. Diuersae huius phaenomeni causae: humeri ossibus pubis et sacro innixi, brachia decussata, vitium funis cet. variam quoque exigunt actionem. Praetermissa si fuerit ad versionem opportunitas, nec capitis situs correctio, manu *a)* aut vecte ROONHVISIANO facta successerit; caput prius l. encheiresi l. forcipe, hoc in casu, difficile applicatu, soluendum est, quo soluto impedimentum inquirendum et tollendum *b)*.

VI. IN OBLIQVITATE VTERI ET CAPITIS.

Quo perfectior fuerit l. capit is, l. vteri l. vtriusque obliquitas, eo promptius agendum esse, omnes consentiunt; quin in maiori gradu mors et matris et infantis prius expe-

E 2

ctanda

Diff. de non damnando vsu perforatorii in paragomphosi. Eiusd. Opusc. Med. 1763. Götting. edit.

insert. §. 9. seq. BAUDELOC^o
QUE p. 206.

a) In qua operatione fortuna optatis crebro respondit SMEL-
LIE. T. 2. Coll. 14.

b) ROEDER. §. 533.

Etanda erit, quam partus a natura absolutus *a*). Tres autem prae primis numerantur gradus *b*). Vterum, in quauis obliquitate, cum corpusculo foetus, cuius axis, axin peluis sequi deberet, ita, prauo situ, collocatum esse, l. antrorsum, l. retrorsum l. ad latera, vt eiusdem axis continuatus axin fecet peluis, §. VIII. 9. dictum fuit. Impingit itaque, hoc modo, vteri orificium cum capite, in oram aperturae peluis superioris, idque per gradus. Quodsi nimirum margini aperturae peluis superioris ita adprimatur orificium vteri et caput, vt vna pars supra marginem emineat; primus dicitur gradus, quem seu potius ipsi proxime accedentem supra iam descripsi; secundus, si duas partes s. dimidium caput; tertius, si tres partes. Imminens hoc in partu periculum facilius perspicitur: vtero quidem bene locato, capite autem ad latera impingente, ille circa foetus corpus contractus, truncum protrudit, capite relicto. Quia nimirum linea per spinam dorsi ducta, non directa est secundum axis capitum; sed haec ab illa frangitur, sat valido impedimento, quo minus caput primum nascatur. Vtero simul obliquo, lineam quidem rectam traduxeris per spinam dorsi et ipsum infantis caput, axi ipsius vteri respondentem, secundum quam dolores quidem agunt, sed quorsum? vbi nimirum nulla patet via. Ab axi enim peluis, a recto itaque aberrat tramite. Solo vtero obliquo, capite recto, delabitur quidem caput; sed, dum orificium vteri ad latera obuertitur, cum capite ipsius segmenti inferioris vteri pars simul deprimatur, necesse est. Auctores, qui in hac re eximia laude desudarunt, iamiam allegati, duplex suadent auxilium: vel corrigere student capitum et vteri prauum situm, vel absoluere arte partum *c*)

Cor.

a) MAURICEAU T. 2. Obs. 149.
DE LA MOTTE L. 3. C. 22.
Obs. 248.

b) ROEDER. L. 17. Sect. 2.
FRIED. I. c.

c) DEVENTER. C. 47. ROE-
DER. I. c. FRIED I. c. LE-
VRET suites des Obs. Art. 1.

Art. des Accouch. §. 616. 726.

Correctionem succedere, tam encheiresi *a)* quam vecte R O O N H U I S I A N O peractam, eo maior elucet spes, quo imperfectior est ipsa obliquitas; in primo puta, ac forte, secundo gradu. Sed Clar. SAXTORPH in vtero obliquo, correctione optatum scopum se vix unquam obtinuisse, ingenue fassus, adeo hancce operationem reicit, vt rarius eandem velit tentari *b)*, ipsique versionem multo praeferri: quin iam D E V E N T E R V S suadet: "*alluborare, virum obstetricantem, antequam extremum imminet periculum, ut pedes assequi valeat c)*" Nec pertinaciter itaque correctioni immorandum esse, ex dictis recte concludimus; sed, irrito corrigendi conamine, statim ad alterum auxilium confugiendum. Optime autem absoluitur partus forcipis ope, quotiescunque obliquitas dimidiām cranii vix attigerit partem; prehensis autem pedibus, quotiescunque eundem modo dictum transgressa fuerit gradum *c)*.

VII. IN SITU CAPITIS TRANSVERSO.

Superest ultima species situs capitis, primum quidem, sed prauum sese offerentis, qui transuersus audit L E V R E T O, *d)* (*la tête en Travers*), iniquus R O E D E R E R O *e)*. Est ille, quo caput infantis in cauo pelvis ita collocatur, vt axis capitatis coincidat cum diametro quacunque ipsius pelvis, siue sit transuersalis, siue coniugata, siue obliqua. Pro vario, quo id fieri potest, modo, et diuersae, praeter verticem, capitatis partes primae tanguntur, facies, occiput, alterutra

E 3

auris,

a) MAURICEAU T.2. Obs. 4.
R O E D E R. Opusc. T.1. P.1. p. 169. seq. Obs. 12. STEIDELE
Abhandlung von dem unvermeidl. Gebrauch der Instrumente etc. p. 47.

b) Societ. Med. Hauniens. Col. lectan. T.1. p. 371. T.2. p. 138.
c) l. c. p. 226. DE LA MÖTTE 1.3. C.23. et Obs. 248.
d) *Obseruat. sur les causes etc.*
e) C.17. Sect. 3.

XXXVIII DE MEDICINA OBSTETRICIA

auris, cet. Differentes licet hae positiones, eadem tamen stipatae sunt difficultate, eodemque periculo. Nam ex partium structura abunde liquet, caput descripto modo collatum, formam coni, sub qua optime peluim transgreditur, adquirere non posse, neque validissimos dolores, caput primum detrudere valere, qui potius, dum axis capitinis sub angulo fere recto, a linea, per spinam dorsi traiecta aberrat, non possunt non truncum ad ossa pelvis adprimere, relicto immobili capite, cum ineuitabili et matris et infantis detrimento. Rarissime, fauente natura, unus et alter ex hisce absoluitur, partibus, optimis sub conditionibus a): calamitates vero omnes, partus laboriosissimi et difficillimi pedissequae nunquam non sunt metuendae a). Multum cum hisce conueniunt plures partus species, praecedenti nro. descriptae, quin ex obliquitate capitinis ortae a nostris, gradu solummodo differre videntur. Quam ob causam similia quoque sunt auxilia, quae adferenda ab auctoribus traduntur a). Difficiliori sane negotio, in nostris casibus, qui maiores quasi constituunt obliquitatis gradus, suscipitur capitinis correctio. Plerumque irritum reddunt laborem subsequentes dolores, qui opus correctionis omni diligentia peractum iterum destruunt b). Illata enim ad repellendos humeros, ea nimirum intentione, ut caput rectius delabatur, manus spatium occupat, quod capiti debetur, et ipsa impedit, quo minus caput ex suo dimoueatur loco: extraeta itaque manu, corpus denuo delabitur, et pristinus permanet status. Nec vectis saepe votis respondet, qui vix caput per dimidium circulum commode circumuoluere valet. Quae cum ita sint, pari quin grauiori ratione, ac in casibus praecedentibus, minus in nostris immorandum est correctioni, atque

[ad]

a) Plures obseruationes, huc facientes collectas vid. in Diff. inaug. de partu diffcili ex facie praeuia, fronte laterali, foetus. Auct.

CAROL. LUD. GUIL. REUSS. Argent. 1777.

b) DE LA MOTTE I. C.

ad extractionem infantis, prehensis pedibus, faciendam *a*), eo promptius properandum, quo difficilis sane, elapsa ad versionem occasione, adplicatur in tam peruerso situ forceps *b*) LEVRETIANA, SMELLIANA, JOHNSONIANA. Dicta de praestando auxilio sufficient. Nimis longum enim foret, si describere vellem adhibendam in quolibet casu encheresin, methodum, qua quaelibet dictarum forcipum applicari, et casus, vbi vna earundem alteri debeat praeferri.

VIII. EXCIDENTE CVM CAPITE ALIA
PARTE.

Fieri solet interdum, vt cum capite, si vel minoris molis illud fuerit, vel oblique situm, alia quoque pars infantis simul sentiatur. Quodsi illa pars fuerit manus, vix adeo ad agendum vrget necessitas, nisi insignior capitinis obliquitas alter suadeat, quam si funiculus exciderit vmbilicalis, qui sane, licet per se impedimento vix fuerit, per longum tempus, nec pressionem capitinis, nec aeris fert aditum, salua foetus vita *c*). Quantumuis enim funiculus in vterum retrusus, inque eo aliquamdiu retentus fuerit, praecipue in capite simul obliquo, semper fere denuo procidit *d*), nec capitinis obliqui correctionem eo nimirum scopo, vt spatium repleat, quod repulsus funiculus occupauerat, satis securam esse, dictum fuit. Quam ob causam eo, irrito hocce conamine, allaborandum est omnino, vt citius absoluatur partus. Cui negotio si promptae naturae vires pares sint, ipsis quoque illud tradendum erit; sin minus, auxilium, ex situ capitinis, totiusque corporis infantis, aliisque quae simul propenderint, partibus

a) DE LA MOTTE l. c. Obs. ROEDER. c. 19. SMELLIE
250. MAURICEAU T. 2. Obs. T. 3. n. 2. Coll. 33. Obs. 6.

117. 354. 348. aliique: *d*) Reductioni minus fauet DE

b) SMELLIE T. 2. Coll. 30. LA MOTTE, contra MAURICEAU,

c) DE LA MOTTE l. 3. c. 40. CEAU, l. 3. c. 31.

bus *a*), abstrahendum: vtrum nimirum versio, an solutio capitis, forcipis ope, sit eligenda?

IX. IN ALIIS, PRAETER CAPVT, PRAEVIIS
PARTIBVS.

Si non, vti in hucusque descriptis casibus, caput pri-
mum offertur, tot fere tactu percipi possunt partes, quot
ipsum constituunt foetum. Aegerrimas exinde produci par-
tus species, neminem sane fugit, dum prorsus carent illo mi-
ro, quem in partu facili obseruauimus (§. VIII. 2.) mechanismo,
aliisque eiusdem adminiculis. Vesica minus expansa, nec tam
valide segmentum vteri inferius cum orificio detergit dilatat-
que; sed laxior molliorque, tardius quoque id commodi in
partu praestat *b*); illa rupta, liquor amnii, dum lata pars
deficit, quae illum retineat, omnis fere effunditur *b*); vterus
hoc modo firmior circa prolis corpus contractus, illud qui-
dem vrget, non vero, ex trunco versus caput, tanquam a
basi ad apicem cunei, per viam sat patulam; sed hinc inde
potius ad latera pelvis impingit, nisi plane transuersum iaceat,
adeo vt sinistro nixu sane laboret natura, nulla adiuuante arte
bene directa *c*). Quae si opportuno tempore accefferit; crebro
prosperrimum ab eadem expectandum esse euentum, abunde do-
cet experientia. Illam autem temporis opportunitatem, quam, si
datur, praetermittere haud licet, tunc obtineri credendum
est, vbi orificium vteri satis iam patet, vt, absque maiori
vi, manui introducendae aditus concilietur, antequam, vel
faltem dum vix amnii liquor effluxerit *d*): quo facto, libe-
rior

a) SMELLIE T. 3. Coll. 34. *c) DE LA MOTTE* I. 3. C. 32.
n. 1. Obs. 1. 3. *Obs. 268.*

b) ROEDER. c. 18. Sect. 1. §. 593. *d) LEVRET,* *Art. des acc.*
§. 732. *DE LA MOTTE* I. 3. C. 29.

rior sane ipsius oculatae manus actio in hoc partu tam necessaria. Attamen in quavis specie aequale non est periculum. Agriparum enim in partu, et ubi genua et clunes praecedunt, cum discretione expectari licitum esse, nisi omnem, claris viris denegare quis vellet, fidem, iamiam monui. Ergo minus illae reformidari debent, quam ubi, transuersim collocato foetu, collum, humerus, brachium, scapula, pectus, abdomen, funis, hypochondria, dorsum, ilia, sese offerunt. Id, quod tamen non obstat, quo minus, deficientibus faustis conditionibus, in quolibet horum casuum, aequalis, ad actionem, quae prehensis fit pedibus, urgeat necessitas *d*), dum hodie vix amplius sunt, qui de reductione cogitent *a*).

X. IN CAPITE INTRA MATRICEM RELICTO.

Accidit, ut extractum pedibus corpus non statim uno filo sequatur caput, quippe quod ossibus peluis inhaerens, sat insignem praestat resistentiam, adeo ut interdum a truncu separatum in utero remaneat, id, quod et experientissimo operatori accidere potest in foetu putrido et macerato. Praecaveri id mali potest plerumque, ope encheiresium *b*), ab auctoribus in hoc casu praescriptarum, et ultimo loco, forcipis *c*). Raro, si unquam, matrix propria vi excernit caput relictum: potius circa illud tanquam pilam aequalis contrahitur, atque viam ipsa praecludit, eo magis, quo diutius expectatum fuerit. Dum, praeter maxillam inferiorem mobillem, nec satis resistentem, atque foramen occipitale, si scilicet vertebrae colli simul auulsa sunt, alia pars in capite globoso laevique vix prostet, quae sat firmiter prehendi posset
et

C. 29. et l.c. SMELLIE T. 3.

Coll. 33. n. 2. Obs. 13. 14.

a) DE LA MOTTE l. 3. C. 31.
LEVRET §. 680.

b) ROEDER. §. 598.

c) SMELLIE T. 4. Tab. 35.

et eiusd. Explic. conf. T. 3. Coll.
34. 35.

et educi, nec sola manus huic operi vbiuis sufficiat *a*); varia ab auctoribus excogita sunt instrumenta adplicatu difficilima *b*). Optime votis respondere videtur forceps s. vncus, methodo a SMELLIE *c*) tradita, adplicitus.

XI. SI PER VIAS CONSVETAS PARTVS AB,
SOLVI NEQVIT.

In hucusque descriptis partus speciebus, licet difficillime interdum, foetus tamen, vel proprio Marte, vel arte adiuuante, a natura patefactam et ad hocce iter destinatam, perfecit viam: sunt autem casus tristissimi, vtinam et rariores, vbi fieri prorsus nequit, vt foetus vel natura vel arte praefidibus peluim transeat. Duplici modo id accidere potest. Foetus enim vel ad portam quidem est, vt ita dicam, in vtero inclusus; sed vitium in via latet: vel via quidem adaperta, foetus autem ab eadem nimis remotus, vt ingredi eam posset, dum extra vterum nimirum sedet, vel in ouario, vel in tubis, vel in abdomen. Summa certe et vrgens ad actionem indicatio in aprico est; sed crudelis ipsa actio, quae in eo versatur, vt apertis abdomen matris, aliisque, quibus includitur foetus, partibus, ipse eximatur, id, quod Caesareum partum appellare solent. Necesitatem ad hancce operationem peragendam praeter foetum extra vterum haerentem et nimiam peluis angustiam, in eo quoque sunt, qui quaerunt; si orificium vteri s. vaginae vix arte dilatari potest, vel tumore vel septo clauditur, aliisque, quae omnia ad dictam operationem nondum commouent LEVRETVM *d*), binos priores solummodo adprobantem casus. Angustiam autem peluis eum gradum vult attigisse, vt vel operatoris manus plane non intromitti, vel, cum prehensoro pede,

a) Sufficit interdum DE LA MOTTE l. 3. c. 26.

b) ROEDER. §. 672.

c) SMELLIE T. 4. Explic. Tab. 36. Conf. T. 3. Coll. 36.

d) Art des acc. Part. 3. Art. 12.

pede, extrahi amplius nequeat; id, quod ex mente STEINII a) tunc accidit, si pelvis aperturae laesae tres solummodo Parisinos habent pollices. Demortua iamiam in partu fatali, matre, si viuum adhuc fructum sufficientia produnt signa; eo minus de hac operatione haesitandum est, quo minus mater amplius laedi potest b). Crudelem vero in viuis factam operationem excusant, vrgens necessitas, et exempla, quibus instituta fuit, saluis et matre et foetu c). Nostra quidem aetate, praeeuntibus SIGAVLT et LE ROY d), vt partus Caesareus euitetur, aliam, vt aiunt, minus crudelem operationem proposuere et instituere. Sectionem, volo, symphyseos ossium pubis. Cum eius ope diameter transversalis augeatur insigniter, vix autem vel parum coniugata e), quae in eiusmodi impedimento vt plurimum peccat; suo tempore quidem, praeprimis in inferiore pelvi, tuberositatibus ischii nimis sibi inuicem approximatis, suum fructum edere posse sectionem, nullus omnino dubito. An vero partui Cae-sareo in plerisque casibus, vbi hic indicatur, eum substituere liceat? Evidem haud decidam. Quum neque ex mutatione, quam in pelvis diametris producit, neque ex paucis hucusque factis experimentis mota quaestio satis soluta videatur; expectandum erit omnino, donec ulteriores Clar. virorum et meditationes et obseruationes surculum huius doctrinae nunc progerminantem, ad maiorem maturitatis gradum perduxerint.

F 2

XII. IN

a) *Practische Anleitung zur Geburtsh.* §. 893.

du pubis cet. par M. Alph. LE ROY, à Paris 1778.

b) ROEDER. §. 780.

e) Vti ex obseruationibus a cadaueribus desumptis, adparet, quas collegit Eman. BENTELY in Diff. inaug. de sectione synchondroseos ossium pubis. Argent. 1779. habita; et quibus cum auctore, amico carissimo, ipse interfui.

c) *Recherches sur l'opération césarienne, par M. SIMON Mémoir. de l' Acad. de Chirurg. T. 2, 4to insert.*

d) *Recherches historiques et pratiques sur la section de la symphyse*

XII. IN VARIIS IMPEDIMENTIS.

Plurima quidem impedimenta vel a foetus corpore, vel matricis mala conditione, posita, adhuc dicenda forent. Prosperrimis enim interdum auspiciis caput fere totum nascitur, iamque expectatur, donec subsequentes dolores eadem cum facilitate, et reliquum corpus in lucem protrudant; sed incassum. Corpus retardatur, quin ne capitis quidem sat validae tractioni cedit, testimonio, adesse impedimentum ab ipsa natura haud tollendum; quod itaque negotium ars sibi vindicet actiua, necesse est omnino. Peragit eadem salutare opus, pro natura obstaculi; brachia cruciata soluendo; humeros parietibus peluis innixos, in meliorem situm redigendo; abdominis foetus tumidi molem, nisi solutis brachiis, spatium satis ampliatur, ut motu rotatorio extrahi possit, paracenthesi diminuendo; funiculum l. nimis breuem, l. circa collum contortum, nato capite, in contrarium sensum voluendo, s. secando, s. circa eundem tanquam axin, corpus extrahendo, methodo scilicet DELEVRYANA; constrictum, circa collum, orificium sensim dilatando; prolapsum vteri retinendo; et quae sunt reliqua. Ignoscat, L. B. si haec coaceruata legerit, quae singula adcuratius mererentur scrutinium; si que praeter haec plura desiderauerit, quae ad rem pertinere videntur. Nec equidem volo, omnia esse dicta, quae deberent, neque ita dicta, vti rerum grauitas id postulat. Sed necessaria festinatio potius, quam metuenda nimia libelli moles, non permittit, plura addere aut dicta fusius explanare. Nec praeterea ad vnguem vsque elaboratum opus promisi, sed specimen, illudque iuvenile, quod bene vertatur, iterum atque iterum rogo.

ERRATA.

Pag. IV. lin. 25. dirigare leg. dirigere. p. VI. lin. 15. indicanda l. iudicanda. p. VII. lin. 15. cnarari l. curari. p. VIII. lin. 5. Rf. l. Rc. ibid. lin. 12. propinandam l. propinandum. ibid. lin. 20. Tum l. Tam. p. IX. lin. 18. naturae l. natura. p. XXIII. lin. 9. proprius l. proprius. p. XXVIII. lin. 13. potest l. possit. p. XXX. in nota b) Von l. vid. ibid. betreffend l. betreffen. p. XXXII. lin. 8. (§. IV. 2. b) l. (p. XXXI. not. b) ibid. lin. 13. (§. VII. 7.) l. §. VIII. 3. p. XXXIV. lin. 19. est l. sit.

